Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

a quo mercedem eternam expectas
.i. deo qui intuetur cor. Contra quosdam
qui ieiunant in manifesto et in
occulto comedunt. Dicit ypocrite et
hii qui de laude humana receperunt
eternam penam. Unde legitur quod quidam
in manifesto coram hominibus ieiuna-
bat et in occulto tempore comedit.
tandem laborans in extremis ait
Cum me vobiscum ieiunare crede-
batis in occulto comedi et nunc da-
tus sum draconi ad devorandum
qui cauda sua genua mea et pe-
des meos colligavit. Caput quod
suum super os meum mittens spiritum
meum extrahit quibus dictis expira-
vit. Unde sic debet homo ieiunare
ut mercedem eternam suscipiat et non
laude hominum. Quartum quod erat
in ieiunio Iudeorum fuit quod non mu-
tabant conditiones suas. ideo non fuit
gratum ieiunium ipsorum. Adhuc autem ut
bene ieiunemus oportet quod teneamus
contrarium .i. quod mutemus conditiones nostras
Unde Psalmista ieiuna cum bonis operibus et
erit acceptabile deo ieiunium tu-
um. quod non faciunt illi qui modo ieiun-
ant sunt pessimis. at si non ie-
iunarent et sunt duri in dandis
elemosinis credunt quod per solum ieiu-
nium possint salvari. Unde Abacuc
Ve qui multiplicat non sua. aggravat
enim contra se lutum densum. Divitias
lutum appellat. lutum vel fimus magis
cum conservatur generat fetorem sed
si per campum spargitur generat fructum.
Sic divitie in archa conservate
fetorem faciunt in anima dispense vero
inter pauperes fructum faciunt eter-
ne vite. Rogemus dominum

De eodem sermo bonus

[…]tor ieiunus nil valet

Convertimini ad me in toto
corde vestro. Joel. Nota
ad veram conversionem et ad peccatorum re-
missionem iiii sunt necessaria. Primum
est pudor culpe. dicit de publi-
cano et adultera muliere. Secundum
est timor divine iustitie. ut
paulus dicit. Tertium est firma
spes venie et confidentie. ut lat-
ronis. Sine spe venia consecuto. heri non
fuit. Noli dicere cum Cayn maior est
iniquitas mea quam ut veniam
merear. dicit Augustinus quod Iudas plus
offendit deum desperando quam
tradendo. Si forte dicas peccata mea sunt tam
multa quod dominus nunquam remittet mi-
chi. Noli dicere. Cogita quod semper
dei misericordia est maior cum sit infi-
nita. Audi verbum consolatoris. si
mille mortalia commisisses si Christum
manibus crucifixisses si omnes apostolos
occidisses. si cogitares tamen in corde
tuo deus propitius esto mihi peccatori
et doles toto corde quod unquam deum
offendisti. si sic morieris certi-
tudo nunquam ad infernum descendes. dicit
enim per prophetam Quacumque hora peccator
ingemuerit etc. Si adhuc dubitas re-
spice mariam magdalenam paulum latro-
nem longinum qui crucifixit latus
domini qui omnes de peccatis suis ve-
niam invenerunt gratia huius firme spei.
Quarta pura confessio de qua ad
dicam. Nota quod homo qui vult pure
confiteri debet primo attendere cum diligen-
tia circumstantias. Multi sunt qui non
semel cogitant de peccatis cum ac-
cedunt ad confessionem. vellet enim quod
pauca haberet in mente et putant
quod talis ignorantia eos excuset.
dicit enim Augustinus. Nullum enim peccatum remittitur

quo peccatis aut. vix quod me vis facere

si tam

vel vix